Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Confirmationis Forma

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

Cum quo vngenda eſt frons cōfirmandi in modum Crucis, cū pollice miniſtri.

6 * Et hæc eſt materia remota Confirmationis. Proxima verò eſt vnctio, quæ facienda eſt in fronte confirmandi per modum Crucis, cum pollice miniſtri. * Et quidem probabilior opinio Layman *lib.5.t.3.cap.2.num.5.* & aliorum contra Hærediam *de Sacr. Confirm.5.p.5 dub.vn.num* 2. tenet Confirmationem aliter, quàm modo dicto, miniſtratam eſſe nullam. Vnde tempore peſtis v. gr. non poteſt miniſtrari per pennam, vel aliud inſtrumentum a longè, vt poteſt Extrema Vnctio, quia in hoc Sacramento eſt neceſſaria manuum impoſitio, quæ non eſt vera, ſi adhibetur inſtrumentum. (Contra verò, quod vnctio non fiat pollice, ſed indice v gr. non irritat Sacramentum eſt, non eſſe peccatum mortale; videtur enim parua mutatio. Ita Nugn. *in 3.par.tom.1.qu.62. art.4. diff.3.concl.4.* Quamuis oppoſitum videatur docere Zambran. *de caſib.mortis, ca 2.dub.1.num 1 part 3.tr.4.reſ.21.*) Immò Hæredia conatur probare, parum referre, quod conferatur etiam penna, vel alio inſtrumento, quia hæc etiam eſt manuum impoſitio, ſicut eſt violenta manus impoſitio in Clericum, ſi quis eum non manibus, ſed baculo percutit. *p.3 tr.4.reſ.28.*

Quæ omnia ſunt neceſſaria ad validitatem Sacramenti.

Niſi quod vnctio poteſt fieri alio digito quā pollice.

Etiā ſine mortali.

CONFIRMATIONIS *Materia.*

Modica quantitas ſufficit.

7 QVantitas balſami miſcenda in oleo ad conficiendam confirmationem, modica ſufficit ob adimplēdum præceptum Chriſti, etſi illa olei eſſet magna. Dicaſtil *par.50.tr.11.reſol.13.* & ſi confirmaretur aliquis cum oleo ſine balſamo eſt reiteranda cum conditione. Leand. nec peccaret Epiſcopus ſi vngeret alio digito, quam pollice *ibid.§. Notandum.*

Sine balſamo eſt reiterāda cōfirmatio.

CONFIRMATIONIS *Forma.*

Confirmationis forma (Signo te, &c.)

FOrma Confirmationis eſſentialis hæc eſt; *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Eſt enim eſſentialis inuocatio Trinitatis, ſicut diximus in Baptiſmo, & indicat Concilium Floꝛentinum; quia Confirmatio ordinatur ad perficiendam fidem in Baptiſmo acceptam, eamque conſtanter profitendam, quod quia alia Sacramenta non habent expreſſam SS. Trinitatis inuocationem minimè requirunt. Sunt etiam eſſentialia illa verba; *Signo, & confirmo,* quia actio miniſtri debet neceſſariò exprimi. Et quidem vtrumque, quia non ſunt æquipollentia: aliud enim eſt ſignare, aliud confirmare. Probabilius etiam eſt, eſſe neceſſariam particulam, *ſigno Crucis,* quia ſignare habet generaliorem ſignificationem. Neceſſarium item eſt addere, *Chriſmate ſalutis,* vel *ſanctificationis;* quia hæc non veniunt per verbum *confirmo,* ſicut per verbum *baptizo,* veniunt materia & effectus Baptiſmi. Et tandem exprimi debent ſubiectum, & miniſter; vnde non poteſt omitti particula, *te. p.3.tr.4.reſ.27.*

Quæ tota eſt de eſſētia.

Nec profiteri poteſt modo imperatiuo ſine mortali.

8 Cœterum peccaret mortaliter, qui confirmaret ſub hac forma, *Confiſſetur ſeruus Chriſti;* nam eſt contra communem vſum Eccleſiæ, tàm Latinæ, quàm Græcæ, qui quamuis conceſſum ſit baptizare ſub ſimili forma; *Baptizetur ſeruus Chriſti:* non tamen conceſſum eſt ſub tali forma confirmare. Ita Nugn. in *3.par.tom.1.q 72.art.4.diff.1.* Et omnia ſupradicta docet Coninch *de Sacr. q. 72. art.4.n.65.* cum alijs. *Ibid.§. Notandum.*

CONFIRMATIONIS *Subiectum.*

Confirmationis ſubiectum, eſt

9 SVbiectum Confirmationis eſt homo baptizatus, Et quidem Pontificale Romanum præcipit, vt cō-

 firman-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN